Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



XXXVII

Erat et altare: holocausti de lignis sethim
quinque cubitorum per quadrum
et trium in altitudine cuius cornua
de angulis prodebant. quorum il
lud laminis eneis. Et in usus eius
paravit ex ere vasa diversa: le
betes. scriphos. fuscinulas. uncinos
et ignium receptacula. Cra
ticulaque eius in modum retis fecit
eneam: et subter ea in altaris me
dio arulam super anulis per
totidem retiaculi similitudinis: ad
mittendos vectes ad portandum
eximios et ipsos fecit de lignis sethim
et operuit laminis eneis: indu
xitque in oraculos qui in lateribus
altaris emicabant. Spiritus autem al
tare non erat solidum sed tamen ex
tabulatis. et intus vacuum. Fecit
et labrum eneum cum basi sua de spe
culis mulierum quae excubabant in
hostio tabernaculi. Fecit et atrium
cuius australi plagam erat tentoria
de bysso retorta cubitorum centum:
columnae eiusque viginti cum basibus
suis. Capita columnarum et tota o
perum celatura argentea. Eaque ad
septentrionalem plagam tentoria co
lumnae basesque et capita columnarum
eiusdem mensurae et operis ac me
talli erat. Sin ea vero plaga quae
ad occidentem respicit fuerunt ten
toria cubitorum quinquaginta colum
nae decem cum basibus suis eneis et
capita columnarum et tota opera
celatura argentea. Porro contra o
rientem quinquaginta cubitorum pa
rabant tentoria. e quibus quindecim
cubitos columnarum trium cum basibus
suis unum tenebat latus: et in
parte altera. quae mutatis intro
itum tabernaculi fiebat. quindecim eque
cubitorum erant tentoria: columne
quoque tres et bases totidem. Cuncta atrii
tentoria bysso retorta texerant.
Bases columnarum fuere eneae. capita
autem earum cum cuncta celatura sua
argentea: sed et ipsas columnas atrii
vestiunt argento. et in introitu eius
opere plumario fiebat tentorium. ex
iacinto. purpura. vermiculo ac
bysso retorta. quod habebat viginti
cubitos in longitudine. altitudo ve
ro quinque cubitorum erat iuxta mensu
ram quam cuncta atrii tentoria habe
bant. Columnae autem in ingressu fuere
quatuor. cum basibus eneis. capita
quoque earum et telatura argentea. pa
xillos quoque tabernaculi et atrii per
gyrum fecit eneos. Haec sunt instru
menta tabernaculi testimonii quae
enumerata sunt iuxta preceptum moysi
in ceremoniis levitarum per manum
ythamar filii aaron sacerdotis quem
beseleel filius huri filii hur de
tribu iuda dum per moysen iubere
praecepisset. iuncto sibi sodali
no aholiab filio achisamech de tribu dan: qui
et ipse artifex lignorum egregius
fuit: et polimitarii atque plumarius
ex iacinto. purpura. vermi
culo et bysso. omne autem quod expen
sum est in opere sanctuarii. et quod ob
latum est in donariis viginti et nove
talentorum fuit. et septingentorum
triginta siclorum ad mensuram sanctua
rii. Oblatum est autem ab hiis. qui tri
buerunt ad munera a viginti an
nis et supra: de sexcentis millibus
et quingentis quinquaginta armatorum
fuerunt praeter centum talenta ar